

ris aquei continuantis, loco cuius inclusus remansit in partibus terrestribus spiritus partim igneus, partim aëreus, faciens ad aliquam partium calcinatarum continuationem, ut appareat in lapidibus calcinatis, & quibusdam metallis, & ostracorū generibus. Hæc Medicis Vstio est, ob varias caussas & diuer-*Vstio.*  
fas adhibita. Galenus omnia ferè me-*9. simpl.*  
talla cōburit, ut cùm sint acria, morden-  
tia, & aspera, ignis vi mitiora euadant:  
quandoquidem ignis, eodem Galeno  
& Aētio testibus, ut in cauſſa efficiente  
dicemus, multa ad vſum commodiora  
redit, & in apertum latenter naturam  
producit. Ita vndiquaque melior est  
Chalcitis vſta, quam quæ vſta non est,  
partibus tunc quidem tenuioribus, ceu  
alia omnia combusta: verū haud af-  
sumpta acrimonia, velut in alijs multis  
accidit. Vſta autem si lauentur, modera-  
tiora reddūtur, minusq; mordacia. Hęc  
verba Galeni sunt *9. simpl.* qui, ut in li- *In Chalcis*  
bris illis de facult. simplicium, frequen-*tide.*  
tissimè comburit remedia, Dioscoridis *Lib. 5.*  
exemplo, quem scimus Calcanthum,  
alumen, auripigmentum, antispodia, &  
G alia,